

C. OCTAVIANVS AVG.

CAEsaris Augusti ingeniu, tāni promi-
ptum inuenio, vt versus ex tempore
factos, cum inter amicos referret inter-
rogaret que cuius Poëtæ versus existima-
rent, nihil aliud responderetur, quam cu-
juscunque forent esse optimos. Sed quod
ad hunc actum pertinet, puto nullum æ-
quari posse Nasoni Poëtæ qui (vt est apud
Senecam) hoc seculum amatoriis non ar-
tibus tantum, sed sententiis impleuit. De
exstanti quidem facultate carminum
Ouidius ipse gloriatur, nec mendaciter,
sed ad Augusti eloquentiam reuertor.
Non labore inter eloquentiæ principes
ipsum collocare, nisi quantum ad iocos
& facetias, in quibus primum tenebat lo-
cum, sed surripere famæ eius nolo, quod
clari sibi tribuerunt Scriptores. Pronun-
tiauit dulci & proprio quodam oris sono
eleganti, ac sobriavsus eloquentia, sen-
tentias ineptas fugiens, præcipueque ver-
borum inusitatorum (vt verbo ipsius v-
tar) factorem horruit. Vnum in loquendo
studium intelligi, & quam clarissimè cō-
temptum mentis exprimeret. Hinc &
præpositionibus & coniunctionibus a-
bundare, quibus incomptior sed planè

E iii.